

admiserunt. Dominus autem de Horburg¹¹⁵⁾ eius precibus aquiescere recusavit. De hoc dominus de Rapoltstain graviter fuit indignatus, dominum de Horburg hostiliter inpuignavit et eius villas, quas poterat, exurebat. Super hoc | rex maius indignatus in Alsaciam personaliter venit¹¹⁶⁾ et Rapoltstain potenter cum indigenis obsidebat. Septem autem de adiutoribus regis ut dicebatur eum morti tradere voluerunt. Ordinum enim ab illis sic fuerat, ut regi dicebatur, quod quatuor dati fuissent, qui tentoria sui exercitus in quatuor partibus incendere deberent. Sic autem in tali strepitu et tumultu quidam in regem irruere atque interficere debuissent. Hec cum rex audisset, de obsidione subito recessit et se ab Alsacia seperavit. Ordinavit autem, quod civitates in Zellenberg¹¹⁷⁾ haberent equites quinquaginta, qui impedirent, ne aliquis domino de Rapoltstain aliqua victualia seu necessaria ministraret. Post hec mandavit rex domino de Baldegk¹¹⁸⁾, ut civitates Alsacie congregaret et in villa Gerner¹¹⁹⁾ castrum ligneum fabricaret. Qui erat obediens et infra octavam Petri et Pauli congregavit civitates et castrum (ut sibi imperatum) v) inchoavit et in brevi tempore consumavit. Consumato castro multos ibi reliquerunt et alii ad propria redierunt. Acta sunt hec anno domini milesimo ducentesimo octogesimo septimo. Dominus de Rapoltstain¹²⁰⁾ circa Kalendas Augusti Galliam intravit ibique a cognato suo domino de Blanckenberg¹²¹⁾ equites et pedites accomodavit et nocte prope villam Sigelshaim¹²²⁾ perducebat et ibi eos in diversis locis presidii collocavit. Mane autem facto greges ville pauci acceperunt et velociter abierunt. Villani autem predam pariter insecuti liberare pecora

fol. 181r

29. Juni

1287
1. Aug.

v) Hs. fehlt die Schlußklammer

¹¹⁵⁾ Horburg, urkdl. Horenburch 1254. Wer gemeint ist, bleibt unsicher. In Frage kommen Walther von Horburg, urkdl. 1271—1291 und Burchard von Horburg, gest. 1306.

¹¹⁶⁾ Etwa Anfang Juni 1287, vgl. RI, Nr. 2112 a.

¹¹⁷⁾ Zellenberg bei Rappoltsweiler, urkdl. Cellenberch 1268.

¹¹⁸⁾ Hartmann von Baldeck.

¹¹⁹⁾ Gerner, urkdl. Gemere 1268.

¹²⁰⁾ Anselm von Rappoltstein.

¹²¹⁾ Unsicher wer gemeint ist. In Frage kommen Ferry I. von Salm-Blamont, verh. mit Johanna v. Barr und Heinrich von Salm-Blamont, gest. 1292. Letzterer war mit Anselm v. Rappoltsteins Tante väterlicherseits Lorette von Rappoltstein, gest. 1269, verheiratet. Der Verwandtschaftsvermerk kann sich aber auch auf den Großvater Anselms v. Rappoltstein, Ulrich v. Rappoltstein (urkdl. 1227—1259), der in erster Ehe mit einer N. N. von Blanckenburg (Blamont) verheiratet war, beziehen. Vgl. unten S. 482 Pater vero eius cognatus comitis de Blanckenburg.

¹²²⁾ Sigolsheim bei Kaysersberg (OElsaß), urkdl. Sigolzheim 1279.